



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 86. Nova juramenti formula pro fœderis conservatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

ibat; verebatur enim, ne exinde plura Sæcul. XVI.  
 Regis obsequio aduersa attentare, ac A.C.1589.  
 proin se, suamque familiam extremo  
 excidio exponere cogeretur: cum vero  
 temporis necessitati cedendum arbitra-  
 retur, dignitatem suam retinuit, unice  
 die vigesima secunda Januarii palam  
 professus, quod semper fidelis Regis sui  
 famulus permaneret, ac nonnisi invi-  
 tus, armorumque terrore, necnon po-  
 puli in rabiem acti violentiis adactus,  
 hoc munus acceptarit, ut hac ratione,  
 cum alia via mortem declinare non pos-  
 set, eandem evaderet. Hanc suam  
 quoque declarationem proprio chiro-  
 grapho munitam a duobus Notariis suo  
 testimonio firmari voluit.

§. LXXXVI.

*Nova juramenti formula pro fœderis  
 conservatione.*

Fœderati cum novum etiam hunc Se-  
 natum pro summo imperio sibi sub-  
 jicere pararent, hinc die trigesima Ja-  
 nuarii omnibus novam juramenti for-  
 mulam proponebant, per quam omnes  
 Principes, Præsules, Præsides, Con-  
 siliarii, aliique Ministri fidem suam Deo,  
 gloriosæ ejus Matri, Angelis, & om-  
 nibus Sanctis Paradisi obstringebant,  
 se in Catholica Apostolica Romana Re-  
 ligione victuros, & morituros, ac pro  
 ejus

*Thuan. 63  
 Davila l. c.  
 Spond. n. 4.  
 Mem. de la  
 Lig. t. 3.  
 pag. 190.*

Sæcul. XVI. ejus conservatione sanguini proprio non  
A.C. 1589 parafuros ad disturbandos eorum cona-  
 tus, qui clam, & aperte eam oppug-  
 nant, & feftarium virus in hoc regno  
 fovent: præterea fpondebant, fe Urbis  
 etiam Parifiensis fecuritati, ac aliarum  
 unitarum civitatum faluti, quantum  
 in ipsis efflet, ac populi levamini con-  
 fulturos, atque adverfus quemcunque  
 nulla habita perfonarum, aut dignitatis  
 ratione Principes, Proceres, Præful-  
 les, aliosque, qui huic deinceps unio-  
 ni accederent, tutaturos, ac privile-  
 gia, libertatesque trium Regni Ordinum  
 defenfuros: infuper jurabant, fe vim  
 eorum, qui nuper publicam fidem, im-  
 munitates, ac libertates Ordinum in  
 comitiis violarint, captis, & interfectis  
 Principibus, aliisque Catholicis, re-  
 pulfuros, & viam juris ob tantum cri-  
 men adverfus auctores, confcios, com-  
 plices, & eorum fautores adhibituros,  
 neque ab hac foçietate deinceps difcef-  
 furos, nec ullum foedus, aut pacem,  
 nifi de communi Principum, Proce-  
 rum, Præfulum, ac civitatum pro Re-  
 ligionis cauffa unitarum confenfu, fa-  
 cturos.

## §. LXXXVII.

*Guifii Ducis Vidua fibi ob Mariti fui  
 cædem fatisfieri poftulans.*

Post-